et observatum fuerit: quem morem, et modum si Cæsar
sibi observandum animo proposuerit tum S.tem suam
in optimam spem venire per Dei gratiam facile
omnia ea mala quæ hac protestatio minatur depelli
posse; nihil autem in posterum opus fore protestationib.
nec enim unqq talem suam negligentiam futurem speraut,
quin si Cæsar sane diligentiam præstet quam hac
protestatio pollicetur utergq suo officio fungens Eccle
siasticis utilitatibus ad Dei honorem, cuius in diverso munere
ambo sunt ministri, cum pace et tranquillitate populi
christiani servire possit. Reliquum nunc solum est
ut ad illud caput tuæ protestationis respondeatur
quod si tu solum D. Orator attulisses exhortis formam
tui mandati secutus fuisses; nec tantam materiam ser:
monis cum multorum scandalo dedisses, quantam vel
falsum rumorem protestationis suæ multorum animis
attulisse est verisimile: quoniam tu procuratorio
nomine S.M.tis protestationem contra Legatos, et alios
Prælatos Bononiæ sub nomine Concilij congregatos
et congregandos coram S.S.te, et sis venerabilibus
Patribus suis interposuisti; ad quod tanti faciendum
et proponendum m.tas sua te procuratorem, et man:
datarium fecit, constituit, et deputavit: S.tas sua ha:
bita super his cum eisdem Ven.tis Patribus suis. S.A.E

Cardinalibus matura deliberatione de ipsorum Consilio
et unanimi assensu protestationem huiusmodi admittit
si et in quantum de iure admittenda veniat, et non
aliàs aliter, nec alio modo, nec intendens propte:
rea per huiusmodi admissionem Concilio, aut Legatis,
et Prælatis præfatis, seu alijs quibuscunqs quorum
interest, aut interesse potest, vel potest quomodo:
libet in futurum in aliquo præiudicari, nec eis iactu:
ram, aut ullum præiudicium fieri, sed eorum ius, si
quod illis iure, priuilegio, vel consuetudine qualiter:
cunqs competat, saluum, integrum, et illæsum præ:
servari: neqs in hoc S.tis, aut quibuscunqs personis
regnis, et dominijs suis protestationi huiusmodi
adherentibus seu adherere volentibus adionem,
vel exceptionem seu ius aliquod de nouo acquiri: et
nihilominus inducta protestatione translationem con:
cilij ex Tridento ad Bononiæ Ciuitatem factam nullam,
et invalidam, et iniustam, nullius qs momenti, et effe:
ctus fuisse coram Beat.mo sua, et eisdem Venerabil:bus
fratribus suis proponatur; et quamplures quidem causæ
et rationes ad id allegentur et deducantur, quæ proba:
tionem, causæqs cognitionem requirant. Volens
S.S.tas prout ad suum incumbit officium conquestio:
nem coram ea proponeam huiusmodi cognoscere,